

Kazimierz Miaskowski


Dyplom promocji Klemensa Janickiego na doktora filozofii i poetę uwiecznzonego

Pamiętnik Literacki : czasopismo kwartalne poświęcone historii i krytyce
literatury polskiej 6/1/4, 507-512

1907

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach
dozwolonego użytku.



MATERYAŁY.

Dyplom promocji Klemensa Janickiego na doktora filozofii i poetę uwieńczyonego.

Pierwszorzędnej wartości dla biografii znanego elegika Klemensa Janickiego dokument, dyplom z uzyskanej r. 1540 w Padwie godności doktora filozofii oraz poety uwieńczyonego, znany był dotąd tylko z krótkiego ustępu, jaki ogłosił „z rękopismu współczesnego“ Józef Łukaszewicz (Historya Szkół w Koronie i Wielkiem Księstwie Litewskiem I, 76). Obecnie udało mi się rękopis ten a tem samem i ciekawy dokument odszukać. Znajduje on się w małym rękopisie (10 × 15 cm.), oprawnym w biały pergamin a będącym obecnie własnością Biblioteki Towarzystwa Przyjaciół Nauk w Poznaniu. Oznaczony jest liczbą 780 a darował go temuż księgozbiorowi prezes tejże instytucji ks. biskup Edward Likowski przed mniej więcej 12 laty. Dr. Erzepki w Poznaniu wątpi wprawdzie, czy z tego to właśnie rękopisu Łukaszewicz ogłosił ów ustęp i czy wogóle rękopis ten znany historyk poznański miał w ręku, gdyż Łukaszewicz miał zwyczaj w rękopisach przez siebie używanych robić notatki własnoręczne, a zapisek takich w tym właśnie rękopisie niema — ale że reszta zawartości manuskryptu dla Łukaszewicza ze względu na kierunek prac jego mogła być obojętna, więc, przelotnie go tylko używając, nie miał powodu robić sobie w nim notatek, a okoliczność, że rękopis ten znajdował się od całego szeregu lat właśnie tu w Księstwie, do twierdzenia mego tem bardziej mnie uprawnia, zwłaszcza, że bibliografom Janickiego mimo usilnych zabiegów dokumentu tego odszukać się nie udało. Rękopis należał i prawdopodobnie pisany jest przez Andrzeja Żyta, najmłodszego syna z 9 czy

•

10 dzieci Mikołaja Żyta, bogatego obywatela krakowskiego, który razem z Szyligami utrzymywał w Krakowie spółkę handlową. Andrzej Żyt latem r. 1538 zapisał się w uniwersytecie wittenberskim (Foerstemann, Album academiae Vittembergensis I, 169), który w kwietniu 1540 r. znowu opuścił wskutek ukazu, wydanego przez Zygmunta I. a zabraniającego pobytu w luterańskim uniwersytecie. Rodzina Żytów pozostawała w stosunku szczerzej przyjaźni z Klemensem Janickim, który napisał piękny nagrobek dla żony Mikołaja Żyta, zmarłej r. 1540, a pamięć Andrzeja, przyjaciela swego, utrwalił w wierszu, umieszczonym pod portretem jego ¹⁾. Roku 1542 spotykamy Andrzeja Żyta proboszczem w Drzewicy i kanonikiem włodzisławskim ²⁾, dalsze jego losy są nam nieznane. Jedną z siostr Żyta, Otylia, była drugą żoną znanego i wybitnego lekarza krakowskiego Piotra Wedeliciusza (Wedelskiego), lecz umarła młodo r. 1593 jeszcze przed mężem podczas morowej zarazy, w Krakowie strasznie się wówczas srożącej, która i męża jej zabrała z tego świata.

Prócz kilku wierszy Janickiego, już współcześnie drukowanych (De se ipso ad posteritatem, Lazaro Bonamico, Epitaphium żony Żyta, nagrobek dla Wincentego Biskupskiego), przechował nam Żyt w rękopisie swym, obecnie poznańskim, wcale ciekawe listy w wielkiej części dotyczące jego samego. Znajduje się więc tu list Melanchtona do Mikołaja Żyta (dotąd nieogłoszony) z dnia 22 kwietnia 1540, dalej profesora wittenberskiego Jerzego Aemiliusza, Węgra Andrzeja de Kerepecz, Ambrożego Reitra z Lipska, wrocławskiego uczonego Ambrożego Moibana do tegoż, wszystkie pisane w czasie powrotu Andrzeja z Wittenbergi do domu. Z innych jest pismo innego Krakowianina, Marcina Koźmińskiego, od r. 1539 kształcającego się w Wittenberdze, do Erazma Szylinga (datowany die Veneris post Dominicam Oculi 1540 z Wittenbergi), Stanisława Górskiego do Jana Drzewickiego, kanonika krakowskiego i włocławskiego (Wilno 6. IX. 1540), Andrzeja Żyta do Leonarda Herrmanna, proboszcza u św. Ducha w Poznaniu i kanonika średzkiego (dat. 8. XII. 1540), wiersz z kondolencją z powodu śmierci matki Żyta, Ludwika van der Velde z Brügge (Brugensis), mowa na przyjęcie prymasa Macieja Drzewickiego, wygłoszona przez biskupa Tomickiego ³⁾, wreszcie rozmaite odezwy rektorów i dziekanów uniwersytetu wittenberskiego do studentów.

Wobec zażyłych widocznie stosunków Andrzeja Żyta z Janickim przypuszczać można, że tekst niżej podanego dyplomu doktor-

¹⁾ Liber Tristium etc. (wydanie bez roku) K. G.: Epitaphium uxoris Nicolai Zitti oraz K. Gij: In Imaginem Andree Zitti Naramonii. Pr. Cwikliński, Klemens Janicki, poeta uwieczony. Kraków 1893, str. 128.

²⁾ Archiwum akt dawnych miasta Krakowa. Acta Consularia Crac. 1542 pag. 701.

³⁾ Listy te i dokumenty, o ile zawierają ciekawsze szczegóły historyczne lub kulturalne, zamierzam wkrótce ogłosić.

skiego przepisał Żyt z samego oryginału, pokazywanego i użyzowanego mu przez samego poetę, który w tym samym czasie — roku 1540, kiedy i rękopis powstawał, z Włoch wrócił do kraju. Tekst też dokumentu na ogół jest poprawny, tu i ówdzie ma się wrażenie, że pisarz opuścił w pośpiechu jakieś słowo lub się pomylił — widoczne pomyłki poprawiliśmy, podając pisownię rękopisu w notach. Wreszcie jeszcze wypada zaznaczyć, że nazwisko poety pisane jest regularnie przez t—Janitius.

X. *Kazimierz Miaskowski.*

In Christi nomine Amen. Universis et singulis praesens hoc doctoratus privilegium visuris, lecturis et legi pariter auditoris Nos Marcus Antonius Contarenus, Patricius Venetus, Eques et Comes pro Serenissimo et Illustrissimo Duce Domino Venetiarum in praesentiarum praepositus Paduae, Comes imperialis Palatinus ac Sacri Pallatii Aulaeque dignitate insignitus ex nobili ac dignissimo et praeclaro privilegio Serenissimi et invictissimi principis D. D. Caroli Quinti divina favente clementia moderni Romanorum Regis ac omnium Christianorum Imperatoris Sacratissimi et semper Augusti Regis Germaniae, Castiliae, Arragoniae, utriusque Siciliae, Hierusalem, Ungariae, Dalmatiae et Croatiae etc. prout in autenticis patentibus dicti privilegii litteris sub data Romae Anno Domini LXXXVI die XVII mensis Aprilis Imperii sui Anno XVI. Quo quidem privilegio nobis concessio et toti praefatae nobili familiae nostrae de Contarenis auctoritas, licentia et facultas per praefatum Serenissimum Imperatorem conceditur iuter cetera Doctores et Poetas in qualibet facultate creandi et etiam iudices ordinarios et notarios sive tabelliones creandi et faciendi, spurios legitimandi etc. prout in dicto privilegio continetur. Salutem in eo, qui est omnium vera salus et fidem praesentibus indubiam adhibere. Quum maioribus nostris iuri consentaneum visum sit et aequitati congruum, ut unusquisque¹⁾ pro meritis digna consequatur praemia, illud in primis iure optimo sancitum est, ut qui liberalibus artibus et sacrae philosophiae (sine cuius auxilio humanum genus minime existere potest) diuturnam operam dedissent, summo honore ac praemio afficerentur, ut eorum exemplo posterius ad veram virtutem capessendam et ad summae probitatis ac laudis decus et gloriam excitarentur.

Significamus²⁾ igitur vobis et horum serie fidem facimus, quod die data praesentium coram Nobis M. Antonio Contareno, Equite et Comite antedicto, personaliter constitutus Nobilissimus ac Doctissimus vir D. Clemens Janitius Polonus hoc³⁾ in almo Gimnasio Patavino pluribus annis in artibus et philosophia insudavit et ita elabo-

1) W rękopisie unusquis.

2) Odtąd aż do fuerit iudicatus wypisał Łukaszewicz.

3) W rękopisie huc, Łukaszewicz ma qui.

ravit, ut se dignum laurea Doctoratus Corona in artibus et philosophia et laurea Poetica exhibuerit et idcirco debita cum instantia petierit se per nos auctoritate, ut perfertur, concessisse Doctorem fieri et creari. Punctis itaque prius (ut moris est) in artibus et philosophia ei assignatis fecimus coram nobis diligenter ac rigorose examinari, ipse vero in huiusmodi suo examine in recitandis punctis, argumentis, dubiis et supposicionibus sibi factis, quamvis arduis et obscuris, seriatim replicandis et clare solvendis talem ac tantam ingenii, doctrinae, memoriae ac ceterarum rerum, quae in consummatissimo philosopho exigi solent, experientiam fecit, ut nostra ac omnium doctorum ibi existentium expectatione superata a nobis et praefatis doctoribus ibidem existentibus unanimiter et concorditer ac nemine penitus dissidente idoneus ac sufficientissimus in artibus et philosophia fuerit iudicatus. Nos vero laudabilem sequentes consuetudinem et formam autedicti privilegii nostri, in conscientia consideratis facundia, modo legendi moribus et virtutibus, quibus Altissimus illustravit, a quo omne donum optimum, praerogativis, exemptionibus, libertatibus, concessionibus, honoribus, favoribus et indultis, quibus Romani, Parisiensis, Oxoniensis, Bononiensis, Salamantiniensis, et huius almi Patavini studii et aliorum quorumcunque studiorum generalium Doctores uti gaudere ac frui ex quibusvis privilegiis seu concessionibus possunt¹⁾ vel quomodolibet poterunt in futurum ac eiusdem dignitatis auctoritatis et facultatis existunt²⁾, ac si fuisset per Doctores studiorum generalium collegialiter approbatus iuxta formam et tenorem praefati privilegii, nobis et toti nobili familiae nostrae de Contarenis, ut supra, concessi, praestito tamen in manibus nostris per dictum D. Clementem ad sancta Dei evangelia de servanda S. R. E., Sacro Romano Imperio ac nobis et praefatae nostrae familiae debita fidelitate solito ac consueto iuramento, quibus sic itaque actis famosissimus et eximius artis et medicinae Doctor Dominus Mgr. Joannes Baptista Moritonus Veronensis, promotor eius, pro se et famosissimis et eximiis artium et medicinae doctoribus videlicet D. M^o. Francisco Fulgineo, D. Mo. Aloysio Bellacato Brixiensi ac D. Mo. Abracio Apulo, compromotoribus suis, memoratum D. Clementem petentem et prout in dicto suo riguroso examine in facto visibiliter demonstravit, de consilio pariter et assensu omnium clarissimorum Doctorum ibidem existentium et auctoritate nobis, ut supra, concessa et quo fungimur in hac parte pro tribunali sedentes eundem Dom. Clementem in Dei nomine approbavimus et licentiamus, pronunciantes et declarantes, eum esse habilem, idoneum, benemeritum ac sufficientissimum ad habendum, tenendum, tractandum et exercendum officium et honorem doctoratus in artibus et philosophia arteque poëtica — ipsumque continuo artium et philosophiae doctorem ac poëtam laureatum fecimus solemmiter et creavimus, prout etiam per praesen-

¹⁾ W rękopisze posset.

²⁾ W manuskrypcie existat. Braknie, zdaje się, qui przed eiusdem.

tes eadem autoritate facimus et creamus, tribuentes ei sic idoneo et sufficienti et hac promotione dignissimo cathedram magistralem ascendenti et insignia doctoratus a promotoribus suis petendi et accipiendi licentiam liberam et facultatem ac insuper plenam ei in Domino concedentes facultatem et potestatem, ut de ceteris libere possit in artibus et philosophia legere, repetere, docere, disputare, glossare, praticare, interpretari quaestiones, scholas regere omnibusque et singulis aliis gaudere et uti privilegiis acceptatis¹⁾ consuetis doctoralibus ornamentis. Ibidem insignivit solemniter ac decoravit, tribuit namque ei artium et philosophiae libros primo clausos, mox et apertos, biretum doctoralem capiti eius imposuit ac ipsum annulo aureo subarravit pacisque ei osculum magistrali benedictione tribuit. Nos autem ipsi manibus nostris lauream poëticam capiti eius imposuimus assistentibus nobis doctissimis viris eiusdem promotoribus in poëtica D. Nicolao Erithreo Veneto utriusque linguae doctissimo ac I. U. Doctore et assessore nostro ad officium Aquillae et Buscheti nec non D. Lazaro Bonamico Bassaniensi²⁾ utriusque linguae in universitate Patavina professore, cum iam antea Clementem Janitium laurea, quae paucis admodum ante illum, Polonorum nemini contigit, dignissimum esse iudicaveramus. Sic itaque cum summa laude et honore plurimo praefatus eximius D. Clemens Janitius ad apicem doctoratus artium et philosophiae ascendit Apollineamque lauream accepit. In quorum omnium et singulorum supra scriptorum fidem et testimonium has litteras nostras patentes privilegii nostri manu nostra et infra scripti notarii et Cancellarii subsignantur fieri ac nostri sigilli, quo in talibus utimur, iussimus appensione muniri. Datum et actum Paduae in Palatio praetorii nostrae solitae habitationis praesentibus Reverendis et Venerabilibus dominis Nicolao Dziekowski, Decano Plo-censi, Bonaventura Chobinio, Andrea Miscovio, Metropolitanae Gnes-nensis, Petre Miscovio, Philippo Padnevio, Cathedralis Cracoviensis, Joanne Przeremski, Crusviciensis, Vincentino Biscopio, Sredensis³⁾ Jacobo Virzba, Poltoviensis Ecclesiarum Canonicis, Martino Cralinio, Theologiae Doctore et Nobilibus Alexandro Miscowio, Stanislae de Sprowa, Joanne Cristoporino, Nicolao Orzechowski, Petro Radwankowski, testibus ad hoc specialiter vocatis, habitis et rogatis atque aliis quam plurimis in multitudine copiosa die Jovis XXII. mensis Julii Indictione XIII. Anno MDXL. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri Domini Pauli divina providentia Papae Tertii Anno sexto.

Marcus Antonius Contarenus Comes Palatinus et Jonatas Padua manu propria. Et ego Sebastianus Cavazzonus Patavinus, publicus Apostolica et Imperiali Auctoritatibus notarius et cancellarius, de contracto Burgi rogator Paduae, quia omnibus et singulis supra-

¹⁾ W rękopisje stoi acceptantem.

²⁾ W rękopisje Bossanensi. Bonamikus pochodził z Bassano.

³⁾ W rękopisje Seden.

scriptis dum sic, ut praemittitur, fierent et agerentur una cum praenominatis testibus rogatus, interfui eaque in notam fideliter sumpsi ac exinde praesens hoc doctoratus privilegium manu mea propria confeci et hanc in publicam formam redegem signoque ac nomine meis consolis et consuetis apposis ac praelibati Magnifici ac clarissimi praetoris rotundi sigilli de eius mandato appensione munivi.

Odrysowana obok pieczęć przedstawia warownię o trzech bastach z literami S. B. wewnątrz.

